nde

dicentium, sed etiam imperitia canonicorum, et fratrum, quos cura atq; procuratio Monasterij ipsa commendata sunt; qui et ipsi multoties dixerint pro Monasterium Annuntiata à collegiata Ecclesia canonicis regitur, ut periculum sit, ne ex hac dissentione incommoda aliquando ver oppidanos discordia aliquando erumpant. quod si utrumq; Monasterium in unum conferri quando etiam aditijs iungerentur, posset, meo quidem iudicio, et sex simul earum semina ex illo oppido auferrentur, et Monialium saluti magnopere consuleretur, quarum animi assiduis maleuolentia, atq; obrectationis stimulis agitari, à grauis culpæ discrimine abesse non uidentur; ad eeræ caritatis officia, studia, uel præcipuum uirginalis uitæ ornamentum, amplecti non possunt.

Seminarium in meo Ecclesia nec est ullum, nec ulla inirj ratio potest, qua ad inopiæ, et maximè ministrorum indigenti Ecclesia subsidium paretur: quo quidem communiri, faleriq; dictum eius rei ad-

mi-

ministrandi, et sacerdotum sobolem aliquam propagandi spes ponè uideretur. Et quod unicum earum difficultati efficacitq; subueniendi, et seminarium instituendi consilium, occasionq; penè diuinitus oblata erat, non tamen ea culpa omissa est. Nam misi quidem ex bonis à Crysolino, de quo supra mentionem feci, ad eorum condendi Monasterium delectis, eorundi instituq; seminarium, et eorundem in eo puerorum aliquos educandi placuisset, quos ille Puellas in suo concludi Monasterio mandauerat. Quo consilio nec magnopere abhorruit uenerandæ memoriæ Crysolinus discedi, et eius beneficium cum fructu utilius, cum caritate erga cives suos latius, amplius q; euasurum uidebatur, sed hac sententia cum ad Illmos Cardinales qui sacræ congregationi Regularium præsunt relata esset, laudarunt illi magis eam quam comprobarunt: et Cives ita in hoc eius negotio uarij inter se discrepantes fuerunt, ut ego qui Monasterij edifi-

ca-